

gnoecens, quas Herodes illis parabat, continuo omni deposita mora, et nulli parcens labori, Matrem et prolem in Egyptum duxit; ab immansissimis illi lupi, eruentis faucibus illos liberans. Merito ergo Maria, et Iesus, tanquam a Iosepho liberati, in stemmata eius debebantur in praenium sibi dari, Salomone dicente (Prop. 28): *Qui custos est Domini sui, glorificabitur*. Quam autem strenue, ac viriliter Ioseph pro defensione Christi, et Mariae adversus diabolum pugnaret, his verbis erudite descriptis piissimus Isidorus Isolanus (2. p. cap. 4): *Fuit Ioseph Christi pueri contra insidias diaboli et ostentus defensor: magna profecto erat, et mortalibus inceptibilis virtus Iosephi, quae vehementiora diaboli nocumenta superare poterat. Non est potestas super terram, quae diaboli potestati comparari queat. Illi tamen incoegitatis Iosephi virtutes Deus omnipotens opposuit, quam fortis, quam excelsus, quanta fulgebant prudentia Ioseph, qui adversus fortissimum, callidissimum, ac nequissimum diabolum, filium Dei infantem, ac puerum protegit, et defendit? Hic quoque Matris Virginis pudorem tulit est tanta fide et sapientia, ut etiam intellectum angelicum diaboli obtenebraverit: oppressa enim fuit mens diaboli a maiestate prudentiae Iosephi; haecenus ille.*

Ad extremum, ut insignis nobilitas, ac regia sanguinis claritas divi Iosephi manifestis innocens, illam decere censui a primo parente, ex quo pariter constat, in quibus parentibus Ioseph, et beata Virgo conveniant, et in quibus dissideant.

Adam cum esset annorum centum triginta genuit Seth.

Seth autem annorum 105. genuit Enos, Enos autem annorum 90. genuit Cainan, Cainan autem annorum septuaginta genuit Malaleel.

Malaleel autem 65. agens annum genuit Jared, Jared autem annorum 162. genuit Henoch, Henoch autem annorum 65. genuit Mathusalem, Mathusalem autem annorum 187. genuit Lamech.

Lamech autem annorum 182. genuit Noe, Noe autem annorum 500. genuit Sem.

Sem autem, vel Melchisedech rex, et sacerdos biennio post diluvium genuit Arphaxat, Arphaxat autem annorum 35. genuit Cainan, Cainan autem genuit Sale,

Sale autem annorum 30. genuit Heber, Heber autem annorum 34. genuit Phaleg,

Phaleg autem annorum 30. genuit Ren, vel Ragau,

Ren, vel Ragau autem annorum 32. genuit Sarug,

Sarug autem annorum 30. genuit Nachor, Nachor autem annorum 29. genuit Thare,

Thare autem annorum 70. genuit Abraham, Abraham autem annorum 99. genuit Isaac,

Isaac autem annorum 60. genuit Iacob, Iacob autem annorum 91. genuit Iudam,

Iudas autem genuit Phares de Thamar, Phares autem genuit Esron,

Esron autem genuit Aram, Aram autem genuit Aminadab,

Aminadab autem genuit Naasson, Naasson autem genuit Salmon,

Salmon autem genuit Booz de Rahab, Booz autem genuit Obed ex Ruth,

Obed autem genuit Iesse, Iesse autem genuit David, David autem Rex genuit Salomonem,

Salomon autem genuit Roboam, Roboam autem genuit Abiam,

Abias autem genuit Asa, Asa autem genuit Iosaphat,

Iosaphat autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Ocoziam,

Ocozias autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Amasiam,

Amasias autem genuit Oziam, Ozias autem genuit Iothan,

Iothan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiam,

Ezechias autem genuit Manasse, Manasse autem genuit Amon,

Amon autem genuit Iosiam, Iosias autem genuit Iechoniam,

Iechonias autem genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel,

Zorobabel autem genuit Abiud, Abiud autem genuit Eliacim,

Eliacim autem genuit Azor, Azor autem genuit Sadoch,

Sadoch autem genuit Achim, Achim autem genuit Eliud,

Eliud autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Mathan,

Mathan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioseph, virum Mariae, de qua natus est Iesus.

Quia tamen in enarrationem progenitorum divi Iosephi incidimus, adverteo, progenitores Iosephi positos infra Davidem, non esse progenitores naturales. b. Virg. et consequenter nec Christi Domini: nam beata Virgo non descendit ex Davide per Salomonem, sed per Nathan fratrem eiusdem Salomonis, ut divus Lucas (cap. 3) palam testatur. Quare ad cognoscendam lineam rectam, per quam descendit beata Virgo, atque adeo Christus Dominus, in quantum homo, quamvis beata Virgo, et Ioseph eosdem progenitores habuerint usque ad David inclusive, deinceps tamen omnino diversi sunt: nam ad Iosephum spectant omnes supra relati infra Davidem, ad beatam vero Virginem hi, qui sequuntur: nam Iosephum et beatam Virginem Iosephum autem genuit Nathanael, Nathanael autem genuit Mathana, Mathana autem genuit Memna, Memna autem genuit Melea, Melea autem genuit Eliachim, Eliachim autem genuit Iosaphat, Iosaphat autem genuit Iona, Iona autem genuit Ioseph, Ioseph autem genuit Iuda, Iuda autem genuit Simeonem, Simeonem autem genuit Simeonem, Simeonem autem genuit Levi, Levi autem genuit Mathath, Mathath autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Ioram, Ioram autem genuit Eleazar, Eleazar autem genuit Iese,

Iese autem genuit Har, Har autem genuit Elmadan,

Elmadan autem genuit Cosan, Cosan autem genuit Addi,

Addi autem genuit Melchi, Melchi autem genuit Neri,

Neri autem genuit Salathiel, Salathiel autem genuit Zorobabel,

Zorobabel autem genuit Resa, Resa autem genuit Ianna,

Ianna autem genuit Iudam, Iudam autem genuit Ioseph,

Ioseph autem genuit Semei, Semei autem genuit Mathathiam,

Mathathiam autem genuit Mahat, Mahat autem genuit Nagge,

Nagges autem genuit Hessi, Hessi autem genuit Naum,

Naum autem genuit Amos, Amos autem genuit Mathathiam,

Mathathiam autem genuit Ioseph, Ioseph autem genuit Iamne,

Iamne autem genuit Melchi, Melchi autem genuit Levi,

Levi autem genuit Mathath, Mathath autem genuit Heli,

Heli autem genuit Pantherem, Pantherem autem genuit Bipantherem,

Bipantherem autem genuit Iochim, Iochim autem genuit Mariam, de qua natus est Iesus.

Advertendum tamen est, omnes hos patres, qui naturales fuerunt Mariae, fuisse Iosephi legales. Divus enim Lucas (cap. 3) miro artificio coniunxit utrumque, ut late, et sapienter prosequitur cardinalis Toletus (sup. cap. 3. Luc.), praesertim annotat. 58. Inter pleraque heroica d. Iosephi facinora, quae illum valde commendant, illud mirabile est, quod Christi Domini honorem ab Hebraeorum opprobriis suo sponsalio praeservavit, sine quo tanquam illegitime natum illum longe a se abiecerit. Unde d. Ambrosius (libr. 2. in Luc. cap. 1. in med. tom. 5) dixit: *Quid Iudaets, quod Herodi possit adscribi, si natum viderent eae adulterio? Et divus Bernardus (hom. 2. sup. Miss. est) id confirmat his verbis: Tolerabilis fuit, atque honestius putare ad tempus de coniugio fuisse natum, quam de fornicatione: aliis enim daretur occasio, ut eius lex, et praedicatio contemnerentur. Nam si cum Pharisaei ex legitimo matrimonio Christum natum esse putarent, tamen ideo contempserunt, quod fabri filium esse crederent, quid facturi erant, si spiritum dicere potuissent? Solum enim huiusmodi illegitimi, incestuosi, et adulterini contemptui haberi, tanquam infames, iuxta (Cap. 3): *Fili adulterini in conversatione erunt, et**

ab iniquo thoro semen exterminabitur. ubi Innocentius ex divo Ambrosio (serm. 6) legit: *Eti adulterorum erunt in conversatione: et Lyra: Fili iniquorum, qui erunt in exterminatione: et Budaeus (in pand.) Fili adulterorum in conversatione erunt, id est, imperfecti, et non consummati. De quibus gravissime dixit sanctus Pontifex, et martyr, Bonifacius (in epist. ad Eched. Reg. Anglor.) Incestuosi, et adulterini, neque in bello saeculari fortes, neque in fide stabiles, neque honorabiles hominibus, nec Deo amabiles: quod et refertur (c. si gens Angl. dist. 56). Sunt enim infames, quibus dignitas dignitatum non patet, ut defendit Azon (in sum. C. ea quae casus, infamia irrogatur): idque verum habet etiam si essent legitimi a Principe, cum filius legitimus similis sit alicuius, quae facit appere, quod non est, ut loquitur Baldus, Ison, et alii, quos refert et sequitur Cassanus (in catalog. glor. mund. part. 11. consid. 43. per tot.). Hi namque taliter nati, testes sunt adulterii, et parentibus pudori sui, non honori, ut dixit d. Ambrosius (in ser. de s. Ioann.), et refertur (in cap. dist. aliqu. 32. qu. 4.). Unde secundum Iura non promovetur ad dignitates, nisi in legitimum defectum, ut decrevit Urbanus Iurisconsultus (in lib. general. §. spur. ff. de Decur.): quod praecipue locum habet in filii presbyterorum, de quibus Urbanus Papa sic statuit (in cap. 1. 56. dist.): *Presbyterorum filios a sacris altaris ministeriis removemus, nisi aut cognobis, aut in canonis religioso probati fuerint conversati. Nam si morum honestas eos commendabiles fecerit, cessante etiam legitimo competitor, admitti poterunt, ut quam plurimis exemplis adductis probat divus Damasus Papa (in suo Pontif.), et refertur (in cap. 2. dist. 56) his verbis: *Osius Papa fuit filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa fuit filius Iucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodoros Papa filius Theodori Episcopi, Silvester Papa filius Silicii Episcopi: Romae Deus dedit Papam filium Stephani subdiaconi: Felix enim Tertius natum Romanus, et complures etiam alii inveniuntur, qui de sacerdotibus nati, a apostolicae Sedi profuerunt. Et elicitus Alexander Papa Secundus (in cap. 12. dist. 56) sic ait: *Apostolica auctoritate praecipimus vobis, ut si eum, qui ab Ecclesia electus est, altero digniore esse, canonice quoque eius electionem probaveritis, fulti nostra auctoritate consecratis: nam pro eo quod filius sacerdotis eicitur, si ceteras virtutes in eum conveniant, non reiciemus, sed suffragantibus meritis conveniendo eum recipimus. Regulari tamen est, huiusmodi illegitimos esse imitatores patris sceleris, et incontinentiae, ut dicitur (in cap. si quis cum milit. 6. quae 1. et in cap. si gens Angl. dist. 56). Huius autem boni nominis in Christo apud homines, et quod fuerit ex Virgine natus, unicus testis fuit b. Ioseph; in quo maxima eius excellentia declaratur, iuxta illud (Psal. 80. num. 6): *Testimonium in Ioseph posuit illud, ut optime explicavit Isidorus Isolanus (2. part. cap. 4) dicens: Ipse Ioseph fuit Christi ex Virgine natus unicus testis. Quo munere sanc-*****

comedit, sic similiter ab angelis prius Virgini incarnationis mysterium manifestavit: Concipies in utero, et paries filium; postmodum et vir divo Joseph, dicens: Nolite tenere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Ac tandem sicut Adam, et Eva mortem peccati in posterum omnes transfuderant; ita Maria et Joseph vitam in universum orbem terrarum intulere, illa concipiendo, et paciēdo auctorem vitæ Christum Dominum; hic vero eundem infantem nutriendo, fovendo, et ab Herodis tyrannide liberando. Haec et similia perpendens de nostro Josepho Cancellarius Parisiensis (serm. de Nativ. Mar.) dixit: *Deum, ut Maria tanta puritate, quæ sub Deo maior nequeat intelligi, ut s. Augustinus: ita ut decet, ut Joseph tanta praeerogativa poleretur, quæ simultatim, et convenientiam eximeret. Istis sponsi ad talem sponsam, de qua natus est Jesus, qui vocatus est Christus: et ut potest colligi ex (Matth. 1.), beatissimum Joseph filii super omnes homines purus similis Virginis gloriosae; hæc ille. Isidorus vero solanus de li. Joseph valde bene meritum eandem sponsi deipuræ dignitatem contemplant, hæc scripsit (2. part. cap. 4):* Quante latebant in sanctissimo Josepho virtutes, quibus Filium Dei educeret, aleret, et vestiret: ad varia enim animantium genera alenda, atque educanda; omnium corporum coelestium eis concurrebat, quam ab angelis orbium motoribus accipiunt; Joseph autem Verbum Dei, per quod coelestes orbis, et angeli conditi sunt, et in esse conservantur, nutriendi, et obitui Joseph profecto plusquam Isosab facti, ac in eo præfiguratos est; qui Isosab tandem etiam nutriendi, et alendi, ac regem Israel tandem constituit, ut habetur (4. Reg. 11); et paulo inferius: Propter conjugium cum beata Virgine Joseph fuit Christi ex Virgine nati auctores testis, et hoc munera sanctus acquavit spiritus; qui testes, et nuntii sunt ac revalidatoris mysteriorum Dei: unde angeli vocantur: Coeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiant firmamentum. Sacrarum quoque litterarum emerita dignitate donatus est: sacra enim litterarum testimonia Domini vocantur (Psalm. 18): Testimonia Domini fideles sapientiam præstant parvulis: Fidelis nimirum, nimirumque Joseph, cuius unice testificatio satis Deo, et angelis faciebat, cui etiam universae nationes, quæ sub caelo sunt, merito assentiri debent, Domino sermone confirmante sequentibus signis. Ad quæ attendens d. Ioannes Damascenus (serm. 3. de Nativ. Mar.) magnam vocavit dignitatem Iosephi: sic enim loquitur: *Dignitas magna hæc concessa fuit Josepho singulari Dei dono, ut per dispensationem tantum sermone præstantiorem ferret Virginis sponsus. Ex qua dignitate aliam ex consequenti obtinuit omnino ineffabilem, quod legalis Christi pater fieret, ut his verbis eleganter adnotavit Rupertus (lib. 1. de glor. et honor. fil. homin. in cap. 1. Matth.): Virum Mariæ quod dicitur, magnum, et verum nomen b. Ioseph attribuit Evangelista: quia si est vir Mariae, est pater Domini; si ergo vir Mariae Ioseph, et ipsa uxor illius: proinde neque iste Evangelista Matthæus inepte dixit Ioseph virum Mariæ, neque alius Evangelista (Luci 2) mem-*

titus est; patrem illum eius qui ex ea natus est Christi appellando, dicens: Et erat pater eius, et Mater nuntians super his quod dicebantur de illo; hæc omnes Rupertus. *Ex quibus aperte constat, ut recte adnotavit divus Augustinus (lib. 2. de cons. Evang. cap. 1): quod, licet divus Joseph parentis optionem haberet apud Christi conceptionis ignaros, quod patris tamen appellationem non illi solam, sed a sacerdotibus Evangelistis, et ab ipsa Dei Genitrice, quæ nihil falsum profere poterat, accepit, cum (Luc. 2) dixit: Pater tuus, et ego dolentes quærebamus te. Nec quidquam refert, si obiciamus, quod cum beatus Ioseph non fuerit Christi genitor, non recte dicitur pater eius: respondit enim divus Augustinus (lib. 23. contr. Faust. tom. 6):* Quod ergo iam movetur sancti Evangelii auctoritas, quod sine concubitu Iosephi Christus natus ex Virgine, sitis tamen David appellatur, eius generationem ferimus, non aspicit ad Mariam, sed usque ad Ioseph Matthæus Evangelista perducit. Primum quia natus est filius, propter civilem sezum potius honoranda persona; neque enim quia concubitu non permixtus; idcirco non natus; cum ipse Matthæus narret, ab angelo Mariam conjugem ipsius appellatam, qui narret, quod non ipsius concubitu, sed de Spiritu sancto conceperit. Cum vero unus idemque narratur, utrinque dicit, utrumque commendat, et virum Mariæ Ioseph, et Christi Virginem Matrem, et Christum ex semine David, et Ioseph in serie progenitorum Christi, et David, quod restat, ut credit, qui vult divino Evangelio potius, quam hæreticorum fabulis assentiri, nisi et Mariam non fuisse extraneam a cognatione David, cum Ioseph conjugem non frustra appellatam propter ordinem verum, et animarum confederationem, quancis et non fuerit carne commixtus, et Ioseph potius propter dignitatem virilem ab ordine generationum illarum non fuisse separandum, nec hoc videretur ab illa foemina separatus, cui cum coniungebat mentis affectus? hæcenus d. Augustinus. Et quidem, cum nominis impositio ad parentes pertineat, ad quorum nutum filii nomina suscipiunt, illud certe non obscure indicat clarissimam patris Christi nomenclaturam Iosepho apte convenire, cum coelitus ei data fuerit auctoritas imponendi Christo nomen Iesu, et consequenter quoddam genus paterni domini, quod patres gaudent in filiis: ut enim recte dixit divus Damascenus (lib. 2. de fid. cap. 3): *Nomen imponere, maiestatis, ac dominus est; nomen vero accipere, subiectionis, et servitutis: quoniam nomen vicarium est rei; et ideo auctoritas in nominis impositione significat dominium rei: et copiosus sanctus Chrysostomus (hom. 6. de laud. Paul. tom. 4. et homil. de convers. Paul. prop. med. tom. 5) his elegantibus verbis id confirmat: Quare nomen Sancti mulieris in Paulum Spiritus sanctus: quemadmodum Dominus, qui servum mercatus, ostendit volens; se Dominum servi; nomen illius immutat, ita Spiritus sanctus fecit; ubi Paulum captivum accepit, vocabulum eius mutavit. Ut enim inde disceret Paulus se habere Dominum: nomen enim impositio domini signum est; et præcipuum. Et unde hoc declarabimus?*

facile, ex his quas Dominus cum Adam egit, perspicuum erit: volens enim Dominus docere Adam, quod cum principem et dominum fecisset, adducit ad eum omnia animalia, ut videret, quid vocaret ea, ecce nomen impositio dominum testatur: Quid si ab hominibus ita factum videre vultis, et discernere, nolim talem fuisse morem, quod servorum in captivitatem adducorum nomina mutata sint. Audite quid fecerit Babiloniorum Rex: nam ut captivos adducit Ananiam, Azariam, et Misaelem, non reliquit eorum nomina prima, sed vocavit eos Sidrach, Misach, et Abdenago. Idemque docet s. Hieronymus (sup. cap. 2. Dan.) his verbis: *Non solum præpositus Eunuchorum sanctis mutata nomina, sed et Pharaeo Ioseph in Aegypto appellavit Saphanophares volentes eos in terra captivitatis vocabula habere Iudæorum.* Atque hinc fit, quod propter hanc rationem olim in circumcissione, modo autem in baptismo, nomina parvulis imponuntur, quia ex eo tempore, iam non daemon, sed Deus noster incipit eorum esse dominus peculiaris, et novo titulo, iuxta illud, *Erit mihi Dominus in Deum.* Unde quia ingressus in religionem habet quoddam imaginem, et effectum baptismi: ideo secundum s. Thomam (2. 2. qu. 189. art. 3. ad 3.) legitur in vitis Patrum, quod eandem gratiam, consequuntur religionem intrantem quam baptizati. Hinc piissimus Isolanus (p. 1. c. 11) promissa, quæ præstabat erga d. Iosephum, devotione, perdoce, et dixit: *Non parum attulit dignitatis Ioseph legatio angelica, quæ ei mandavit dicens, vocabis nomen eius Iesum (Matth. 1): impositio enim, ac sanctissimi nominis huius publicatione celeste secretum mundo aperuit Ioseph, Patris celestis vices gessit, Spiritus sancti arcana, quæ in canticis, et Prophetis mysteria abscondita erant, patefacit, beatissimæque mundi Reginae coniugis suæ collega fuit, atque angelicæ maiestatis sublimitatem attingit. Quod appositissimo hoc, et quotidiano exemplo statim confirmat. Est namque mos apud homines, ut Patres nomen imponendi filiis auctoritatem habeant: Iesus autem erat Filius Dei Patris sanctus: igitur Ioseph Patris celestis vices hæc in dignitate manifeste gessit. Olim Spiritus sanctus per ora loquentis Prophetarum diversorum variis vocibus, licet ænigmatis, beatissimum nomen Iesu expressit. Legitur (Isai. 7): *Vocabitur nomen eius Emmanuel.* Item (cap. 9): *Vocabitur nomen eius, admirabilis; Deus fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis; et item: Vocabitur nomen eius, spolia detrahe; festina prædere. Messias,* quod nomen interpretatur Christus, notissimum apud Hebræos est. In Anticis quoque scribitur (cap. 1): *Oleum effusum nomen tuum.* Lucae vero (cap. 2) dicitur: *Et Filius Altissimi vocabitur.* Hæc vero mysteria unica nominis Iesu impositione ignaro orbis aperuit noster Ioseph Verum, ut patris Christi dignitas magis innotescat, revocate quæso in memoriam, quod, dum ipse morti esset propinquus, de Ioanne Evangelista dixit: *Mulier, ecce filius tuus.* Ex qua appellatione colligitur omnes sancti singularem auctorem, quem Christus ad Iohannem habuit, quem tanto honore*

aflicti, ut nomen filii sibi proprium illi communicaret, et loco sui ipsis sibi substitueret. Cum igitur multo excellentior sit parentis Christi quam filii Virginis appellatio, non solum, quia patris appellatio maiorem auctoritatem præsefert, sed etiam, quia dignitas Christi dignitatem Virginis infirmitate excedit, consequens est, non solum patris Christi nomen, sed etiam rem, quæ huic nomini subest, Iosephum participasse, quantum excepta generatione ab homine participari potuit, ut loquitur divus Chrysostomus (hom. 4. in Mat.). Ad extremum illud eisdem dignitatis patris Christi excellentiam palam facit, quod ad illam consequitur in Iosepho quaedam superioritatis auctoritas super Christum Dominum, ut disertis verbis dixit Lucas: *Et erat subditus illis;* quamvis enim verum sit, quod hæc subiectio ex parte Christi, et superioritas ex parte Iosephi magis significat usum, quam debitum, quia re vera Christus propter dignitatem suæ personæ nulli hominum proprie subiectionem debebat, tamen ad dignitatem Iosephi declarandum satis est: tum quod præcisè considerata humana conditione et origine, Christus futurus erat iure subditus Ioseph, eo quod maritus esset maritus eius: tum quod, licet ratione divinitatis esset omnino exemptus, tamen de facto voluit illi esse subiectus, eique tanquam patri, ac superiori obedientiam, honoremque deferre. Ceterum, quia rem hæc maximi momenti esse reor ad Iosephi dignitatem illustrandam, explicare oportebit fundamentum paternitatis Ioseph, ex quo in eo resultat superioritatis mira illa dignitas, nec non et obedientia a Christo ei præstita; quod quia præclare exposuit Gerou, eius verba hic apponam: *is (serm. de Nativ. Mar. consid. 4) explicans illud (Matth. 1): Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus, sic loquitur: De Maria natus est Iesus nomen corporaliter, sed spiritualiter quidem, et de virginali sponsa suo Ioseph, suo modo dicit potest: non equidem, quod Ioseph natus sit Iesus modo quo blasphemat Iudæus infelix, qui dicit Christum de Ioseph semine esse natum: proci sit hæc a pietate fidelium, sed attendendo triplicem naturam Iesu Christi, attendat et vestra benevolentia, scilicet æternalem, corporalem, spiritualemente mentalem. Nascitur enim æternaliter ex patre, quemadmodum nascitur splendor ex luce coæternus luci, de quo Ecclesiasticus: Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam, et in Palmo: Ex utero ante Iosephum genui te. In hæc æternali nativitate Christi Iesu, nec Maria, nec Ioseph communicat. Altera nativitas Christi Iesu corporaliter in mundo ex Virgine, de qua angelus ad Mariam: Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obrumbabit tibi, ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et hoc factum est, quando completi sunt dies Mariæ, ut pareret, et peperit filium suum primogenitum; et in hoc quidem nativitate sola Maria materiam ministravit; at vero quia corpus Mariæ fuit ipsius Ioseph viri maternale, quo fit multa translata corporum viri ad mulierem, et e contra: videmus, si cum in-*

telligentiae sobrietate dicere fas nobis sit, quod ex corpore, et carne Ioseph natus est Christus Iesus? et hoc dici forsitan posset, nisi piarum aurium timeretur offensio: idem etiam Gerson (cod. serm.) aliam egregiam rationem paternitatis Ioseph in haec verba reddit: Natus est Iesus in terra, seu fundo ipsius Ioseph, de qua terra Isaias clamat: *Rorate coeli desuper, et nubes pluant iustum: aperiat terra, et germinet Salvatorem; et David: Veritas de terra orta est: quidni competat igitur ipsi Ioseph ius aliquod legale: ultra ceteros homines in benedicta pueri Iesu formatione, quoniam natus est in ea, et ex ea carne, cuius dominum iure matrimoniali vere translatum erat in ipsum. Unde d. August. (lib. 2. de consensu Evang. cap. 1) dicere audeat: Non quod opinio sola, sed quadam ex parte veritatis quoque Ioseph filius esset Iesus, quippe qui Mariae verissimus filius. Ex hac aulem paternitatis dignitate alia mirabilis accrevit Ioseph praerogativa, quod Christo Domino multifarie multisque modis utilis fuerit: et non licet Dominus dixerit omnibus iustis (Luc. 10): Cum feceritis omnia, quae praeceperim vobis, dicite, quia servi inutilis sumus; audeo tamen dicere hanc praerogativam Ioseph coelestis datam, ut mirum in modum utilis fuerit Christo Domino creatori, et redemptori suo: unde cupiens angelus Gabriel Ioseph amantem ostendere ministerium, laboreque, saepeque personae industriae, et fidelissimam providentiam familiae Dei esse necessariam ad utilitatem matris, et filii, ad matrimonii honorem, pariterque ad ipsiusmet Ioseph eximiam exaltationem, dixit ei (Matth. 1): *Pariet autem filium, et vocabis nomen eius Iesum: ubi Gloss. ord. sic interpretat: Pariet ne videretur Ioseph non esse necessarius ei, subdit: pariet: et ita erit necessarius educationi. Sed multo praestantius s. Tho. (sup. Mat. in exposit. et in catena) ait: Hic angelus pronuntiat obsequium, quod exhibebit Ioseph puero iam nato, quia posset Ioseph dicere, ipsa concepit de Spiritu sancto, et pariet filium, quid ergo ad me? in nullo sum ei necessarius: ideo subdit Ioseph obsequium, vocabis nomen eius Iesum. Ostenditque, quod quavis non fuerit necessarius conceptus, tamen utilis est educationi, quia ipsa pariet filium, et tunc matri, et filio erit necessarius: matri, ut ab infamia defendat, filio, ut eum erudiat. Adverte Ioseph dignitatem tuam, illam attente considera, Deus per quem nec ales esurit, qui dat inmensis eam ipsorum, et pulvis corvorum invocantibus eam, qui producit in montibus foenum, et herbam servituti hominum, qui Daniele in lacu leonum mirabiliter pavit, qui aperit manum suam, et implet omne animal benedictione, et omnibus affluenter tribuit, ille, in quem desiderant angeli prospicere, factus homo vult tibi subdi, vult a te enarrari, vult denique, ut filius tuus sub tua protectione morari. S. Ambros. explicans illa eadem verba, *Pariet tibi filium* (hom. 2. de nat. Dom.) sic loquitur: Ioseph conceptum filium suscepit quem non genuit; et ideo angelus dixit, *Pariet autem filium*, et non dixit, *pariet tibi filium, sicut Zacharias antea dixerat: Ecce Elisabeth uxor tua pariet tibi filium, quia mulier,***

quae ex viro concepit, marito suo filium parit, quia magis est ex illo, quam ipsa. Haec autem quae non de viro conceperat, non viro filium peperit, sed sibi tantummodo. Quis quorsum oratione digne prosequi valeat, quam utilis Ioseph Christo Domino fuerit, praesertim in itineribus, sanctissimis suis brachiis saepe illum deferens (Matth. 2): *Qui consurgens, accepit puerum, et matrem eius nocte, et recessit in Aegyptum: tunc b. Iosephum devotissime ita coram infante modulatum contemplet (Psal. 118): Cantabiles mihi erant iustificationes tuae in loco peregrinationis meae: memor fui nocte nominis tui, Domine, et custodivit legem tuam. Haec facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisivi. Quae verba Iansen. post d. August. Theod. Euthym. Lyrarum, et alios sic interpretat: Cantabiles mihi erant iustificationes tuae in loco peregrinationis meae: adeo enim ardentem legem tuam dilexi, ut etiam in loco, in quo exulari, et peregrinari cogebat propter hostes me persequentes, iustissima tua praecepta a me decantarentur, ut horum oblectatione exiit, atque peregrinationis meae molestiam lenirem, et condolorarem ad modum peregrinantium, qui ad levandum laboris et afflictionis suae fastidium, cantica exultantia per viam decantare solent. Nec de die tantum studio legis tuae tenebar, sed et nocte memor fui nominis tui Domine, somnum nocturnum memoria tuai interrupens, nec id est tentationum tempore, quandoquidem noctem nebulam inferunt, et noctis instar hominibus superveniunt: in hoc sane potissimum necessaria est Dei memoria quae recreat, et bono animo esse iubet. Haec facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisivi: istud nempe, ut mandata tua pro carminibus mihi essent, ut quae memoria tua, nec nocturno quidem tempore mentem meam desereret, evenit mihi: eo quod mandata tua omni studio quaesierim et cognoscere, et adimplere. Deinde ingentes Deo reddens gratias pro beneficiis receptis, praecipue pro extinctione, vel repressione fomitis, et pro confirmatione in gratia, ita humiliter concinebat: *In te confirmatus sum ex utero de ventre matris meae, tu es protector meus, in te cantatio mea semper. Repletur eo meum laude, ut cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.**

Verum quia in hoc plusquam angelico choro non unus Ioseph cantans tantum, qui sinicinium appellatur, sed b. Virgines simul, qui bicinium nominantur insonant. Rogabat Ioseph dulcissimum sponsum, ut etiam in terra aliena, et in loco peregrinationis diguaretur cantare de canticis Sion (Cant. 4): *Sonet, dicebat ei, vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora. Rogabat iterum (Cant. 8): Quae habitas in hortis, amicus auscultant, fac me audire vocem tuam: ubi haec Rupertus: *Dilectus dilectae dicit: Quae habitas in hortis. Quibus in hortis habitat dilectus? nisi in amoenitate Scripturarum, in delectatione virtutum pulchre florentium, bene olentium, semper virentium, fac me audire vocem tuam: et statim obedientiam praestans humillima Virgo respondit: *Cantabo, et psallam dicam Domino; continuoque canticum suum, divinitus repe-***

bat (Luc. 1): *Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salvatori meo. Quis coelestes delectas, quis divinas consolationes, quis illustrationes supernas in sanctissimi Iosephi purissimo corde ex b. Deiparae virginali cantico ortas excogitari poterit? Si vetus illa mater Elisabeth exclamavit propheticæ ad unicam Mariam exultationem: si exaltavit prae gaudio infans in utero eius; quid ex continua cohabitatione, et allocutione cum Maria, et puero Iesu, Ioseph acceperit divinae consolationis, et illuminationis? Inveor Mariam balulantem in ulvis speciosum forma prae filiis hominum, quae blandiebatur arridenti, quae condolebat vagienti, et frequenter viro suo Ioseph infantem balulandum, fovendum, osculandumque tradebat: quia tamen amici angeli eos comitantes auscultabant, prae nimio gaudio, et laetitia incredibili elevaverunt vocem suam, ut assolent, iuxta illud (Psal. 67): *Prævenierunt principes coniuncti psallentibus in medio iuvenularum tympanistrarum. Beatissimam Virginem vocari tympanistram docet d. August. (serm. 17. de nat. Dom.). Virginali autem, ac suavi huius tympanistriae, et Iosephi cantu infantulus Iesus mirifice delectabatur, iuxta illud (Psal. 67): *Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu. Etenim b. Virgo, et sanctissimus Ioseph non solum cantabant canticum novum, sicut ceterae virgines, de quibus dicitur (Ap. 14): *Et cantabant quasi canticum novum ante sedem et ante quatuor animalia, et seniores, et ante poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor, millia, qui empti sunt de terra: hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinae: virgines enim sunt, et sequuntur agnum quocumque ierit. Cuius maximae praerogativae rationem reddunt divus August. (lib. de virg. c. 27. in med. tom. 6), et d. Thom. (2. 2. q. 152. art. 5. ad 3), sic dicentes: Virgines sequuntur agnum quocumque ierit, quia imitantur Christum non solum in integritate mentis, sed etiam in integritate carnis, et ideo sequuntur agnum. Canticum autem novum, quod solae virgines cantant, gaudium est, quod habent de integritate carnis: quod conforme est promissioni divinae (Isa. 56): *Dabo eis in domo mea, et muris meis locum, et nomen melius a filiis, et filiabus, dabo eis nomen sempiternum, quod non peribit: quem locum d. August. (lib. de virg. cap. 23. et 24) docet explanandum esse de his, qui se castraverunt propter regnum caelorum. Quod idem docuit Augustinus (lib. 14. cont. Faustum), et d. Ambrosius, et d. Gregorius, et d. Basilus, et alii, quos refert Leo Castrens. (in eundem locum). In beata autem Virgine, et Ioseph, illa novitas singularissima est, quod virgines illae sequebantur agnum quocumque ierit: virginem autem, et Iosephum, quia multo praestantiores virgines, Agnus ipse sequebatur illos, et humiliter eis obsequabatur, ut testatur d. Luc. dicens (c. 2): *Descendit cum eis, et venit Nazareth, et erat subditus illis. Quod et d. Ber. (hom. 1. sup. Missus est), in haec verba observavit: *In laudibus virginum singulariter canitur, quod sequuntur agnum quocumque ierit; quibus ergo laudibus iudicis dignum, quae praest?*******

CARTHAGENA DE B. M. V.—Vol. III.

Ad extremum, non solum Ioseph pater fuit legalis Christi, sed simul etiam spiritualis, pro quo observandum est, quod Christus Dominus non nascitur in anima, quae virum non habet: ad quod adumbrandum Samaritanæ dixit (Joan. 4): *Vox virum tuum, ut ei concederet aquam vivam. Sed quis, inquis, hic vir est? virilis profecto animus, quo a peccato discedat, viriliter proponens, nunquam in peccatum se consenturum: si hoc viro careas, licet multa alia bona habeas, vidua es, sine viro es, licet plena populo sis, dicitur potest ad te illud (Thren. 3): *Quomodo sedet sola civitas plena populo? facta est quasi vidua dominus gentium: non enim est illi vir, qui eum protegat. Sicut ergo olim curavit Pharaon omnes occidere viros, femellas vero reliquit, (Ezod. 11), ita curat daemones, ut lacrymas, quas pro peccatis fundis, et reliqua, quae praestas, poenitentiae opera, sine hoc viro sint: quod si hoc fiat, femellae tibi sunt, virum non habes, relinquaris: Christus in te nequaquam nascetur. Si ergo Christum tibi adesse vis, sint tibi Mariae, et Ioseph: Maria amarum est mare lacrymarum, Ioseph virile propositum omnino a peccato discedendi: de hac spirituali generatione agens d. Bonaventura (tom. 2. opus. de 5. nativitat. pueri Iesu c. 1) haec praelara dixit: *Purgato iam intellectu contritionis lacero, et inflammato, et elevato affectu dilectionis igniculo, castis meditationibus, et devotis cogitationibus tunc anima devota stimulata novis inspirationibus visitatur, et novo vivendi proposito a Patre luminum, a quo omne donum optimum et datum perfectum, spiritu gratiae focundatur, et Pater ipse coelestis, divino quodam semine, animam gravidam facit, et foecundat. Post hunc conceptum sacratissimum pallet in facie per veram humilitatem fastidium cibi, et potus concepit: aliquando etiam infirmare, et aegrotare incipit anima, in propriae voluntatis obiectione. Iam paulatim grave et taedium incipit esse, quod foris est, et foris cernitur. O felix conceptus, quem talis sequitur mundi contemplus, et coelestium operationum appetitus. Iam modico gustato spiritu, desipit omnis caro; cum genuit iam anima cum Maria montana ascendere incipit: post talem conceptum fastidium terrena, desiderantur coelestia, et aeterna: iam surgere incipit societatem illorum, qui terrena sapiunt, et appetit familiaritatem eorum, qui coelestia concupiscunt: iam incipit anima cum Maria ministrare Elisabeth, hoc est, illis quos divina gratia amplius per dilectionem inflammat. B. ergo Ioseph cum ab utero matris suae sanctificatus, Filium Dei concipere in mente, et eundem deinceps semper spiritualiter in corde fovit; manifestum est non solum patrem Christi legalem, sed eiusdem patrem spiritualem existisse, ipso Christo Domino dicitur: qui fecerit voluntatem Patris mei, ipso meo frater, et mater est; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.***

§. VII.

DE FELICISSIMA D. IOSEPHI MORTE.

Cum de divi Iosephi morte nihil ex sacris eloquiis, Conciliis, traditionibus, aut antiquorum Patrum concordi doctrina certum habeamus, praeterquam quod fuerit piosus in conspectu Domini, et aliunde erubescamus, cum sine lege loquimur, ut habetur (in *Authen. de trine. et simissa. §. consideremus*), tunc recurrendum est ad Doctorem auctoritatem, ut dixit Gloss. (in *L. mulier bona, in princip. ff. de iur. dot.*), et Arg. (in *L. si idem, in prin. ff. de iurisd. om. iud.*). His autem deficientibus confugiendum est ad prudentes coniecturas, praesumptiones, et indicia, ut docet Ale. (in *tr. de praesumpt. reg. 2. praesum. 14.*); vel, quod idem est, ratio naturalis consulenda est: quia omne quod in ratione consistit, lex merito reputatur, ut tradit Gl. (in *c. ex eo verbo qua ratione, de elect. in 6.*), unde Iuriconsultus (in *l. 16. ff. de legibus*) iure optimo dixit: *Scire leges, non est verba eorum tenere, sed vim, ac potestatem.* Quibus consonat d. Hier. (sup. *c. 1. ad Gal.*), ubi de divina agens scriptura, inquit: *Marcion, et Basilides, et ceterae haereticorum pestes non habent Dei Evangelium, quia non habent Spiritum sanctum, sine quo humanum fit Evangelium, quod dicitur: sine quo humanum fit Evangelium, sed in sensu: non in superficie, sed in medulla, non in sermonum formis, sed in radice rationis: quod et legitimus (in *c. Marcion. 1. quaest. 1.*). Ergo quamvis b. Ioseph apud nos vixerit, et quo tempore e vita discessit, neque ex Evangelio, aut Concilio, neque ex Ecclesiae decreto, aut ex eiusdem traditione, neque ex sanctorum Patrum unanimi consensu quidquam nobis conslet, diversas, in quas Doctores abierunt, sententias referemus, et quam Evangelio, rationi, et prudenti coniecturae conformiorem censuerimus, eligemus.*

Primo ergo d. Epiphanius putat b. Iosephum paulo post duodecimum aetatis Christi annum e vita migrasse: sic enim docet (*haeres. 78.*), hac ratione motus, quia ab eo tempore, quo Christus 12. annum aegrem in templo cum b. Virgine refertur, nulla deinceps mentio fit ipsius, quamvis interdum et discipulorum, et fratrum, et b. Virginis tractetur historia: quod non alia ratione factum iudicat, nisi quia obierat paulo post 12. aetatis Christi annum: cui sententiae adhaerere videtur Baronius (in *vita Augusti*).

Alii secundo asserunt, b. Iosephum obiisse tempore praedicationis Salvatoris, Christumque Dominum cum discipulorum turba adfuisse, cum d. Ioseph illum tradidit spiritum, ut refert Iolanus (4. par. cap. 1. in *prin. §. alii*).

Alii tertio opinantur, b. Iosephum tempore passionis Christi superstitem fuisse, aequanimiterque passum fuisse Ioannem sibi praeponi, quando illi Christus in cruce Virginem commendavit, ita docuit sanctus Cyprianus (serm. de *pass. Domini*) in haec verba: *Habebat Ioseph*

in hac Christi dispositione mirabilem contradictionem, cum alteri commendaretur Maria, si se cognovisset carnalem maritum, sed quia in spiritu actum erat coniunctionis illius mysterium, passus est Ioseph aequanimiter sibi cum in hoc seruitio praeponi, quem digniorem se iudicabat: et ideo maxime, quia Magistri electio sic negotium ordinabat. Idem tenet d. Chrysost. (homil. 3. sup. *c. 1. Matth.*) dum ait: *Si enim cognovisset eam, et loco habuisset uxoris, quomodo illam Dominus, quasi absque solatio, et nihil penitus habentem, discipulo commendasset, iubens illi, ut illam acciperet in suam? ubi Glossa sic interpretatur: Argumentum est, quod vivente Ioseph, separata est Virgo ab eo: hic enim exprimitur causa quare Dominus separaverit eam a Iosepho. Et divus Ambrosius (in tract. de institut. Virginis sup. cap. 23. Lucae) affirmat, fuisse etiam Resurrectionis tempore inter vivos d. Iosephum, Christumque adorasse, solem, et lunam, et undecim stellas, quando post resurrectionem sancta Maria quasi luna, et b. Ioseph quasi sol, cum undecim stellis, id est, beatis Apostolis prostrati sunt ante eum, ut et ex divo Augustino supra retulimus, et eiusdem nonnullis reperio recentiores id probantes: tum quia, licet b. Ioseph per verum, et essentielle matrimonium ratum fuerit Virgini datus in adiutorium et solatium, et ut abditissimum Incarnationis mysterium sub illius sanctissimi matrimonii umbra celaretur, passionis tamen Dominicae tempore ita erat Ioseph senio confectus, ut iuvenime alieno potius ipse indigeret, quam ut Virginem adjuvare posset: tum quia eo tempore veritatem Incarnationis mysterii, quod scilicet Christus Dominus, non filius Ioseph, ut putabatur, sed Filius Dei et filius Virginis, ope Spiritus sancti conceptus fuisset, oportebat declarari, Iosepho manente Virginis sponso, et matrimonii vinculo cum ea coniuncto: tum quia (*Matth. cap. 3.*) satis id indicatur in illis verbis: *Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, et fratres eius, Iacobus, et Ioseph, et Simon, et Iudas, et sorores eius? Nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo haec omnia isto? Quae non obscure insinuant, beatum Iosephum adhuc superstitem esse.**

Alii gravissimi Doctores, quorum sententiae subscribo, e contra docent, b. Iosephum ante passionem Dominicam paulo ante, vel post baptismum, et ante nuptias Canae Galilaeae feliciter in Domino obdormisse: ita tradit divus Hieronymus (lib. contra *Elcid.*), d. Bern. Senen. (tom. 3. serm. de *Ioseph cap. 3.*), s. Bonaventura (de *vita Christi cap. 17.*), s. Vincentius (serm. de *S. Ioseph*), Gregorius Cedrenus (in compend. *historiarum*), Petrus Nannius (in *scholasticis ad epist. 79.*), s. Ambrosius, et Gerson (d. *S. Ioseph*), Ubertinus (lib. de *arboribus vite*), Petrus Comestor (in *sua histor. cap. 86.*), et latissime Iolanus (4. par. cap. 1. Paludanus (in 4. dist. 30. qu. 2. nu. 16. conel. 4), Viguierus (de *mysterio Incarnationis Filii Dei cap. de Ann. Dominicae §. 9.*), Cathisus (lib. 2. de *Virgine cap. 13. paulo post prin.*), Salmeron (tom. 30. tr. 41. §. dicit *Matri suae*), Card. Toletus (sup. cap. 2. *Ioannis*, annot. 2. et postea super cap. 19. in *it-*

la verba: deinde dicit discipulo: *Ece Mater tua*, Francisco Suarez (tom. 2. in 3. par. q. 29. art. 1. et 2. disput. 7. sect. 1. §. ad primam confirmationem, et sect. 3. in *fin.*), Baradius (tom. 2. lib. 3. super illa verba Ioannis: et erat Mater Iesu ibi), Castro (de *hist. Deiparae cap. 13.*), et plures alii Neoterici, non contemendae auctoritatis.

Probarique potest optimis coniecturis. Prima, quia cum ex una parte matrimonium inter Virginem, et Iosephum fuerit a Deo principaliter ordinatum propter Christum Dominum, tum ut legitimus putaretur, tum etiam ut erga illum se exhiberet tutorem, nutritium, et adiutorem fidelissimum. Ex alia autem parte Christus Dominus trigesimum ingrediens annum a baptismi, et praedicationis tempore, aliam vitae rationem institueret, publice inter peccatores degens, et ex elemosynis pium victum quotidianam acciperet, seque ipsum manifestans non esse filium Iosephi, sed Mariae tantum, Spiritu sancto cum ea cooperante, prudenter satis colligimus, in re dubia cessante fine ministerium Iosephi, et contracti matrimonii, ante nuptias Canae Galilaeae vita functum fuisse. Secunda coniectura, quia in nuptiis Canae Galilaeae Mater Iesu, et similiter Iesus, et discipuli eius vocati sunt, nulla Iosephi facta mentione; quod sane factum non fuisset, nisi iam ipse e vita discessisset, quando etiam Christo praedicationi nunciatum fuit (*Matth. 12.*): *Ece mater tua, et fratres tui foris stant, quaerentes te*: certe cum nulla esset tunc Iosephi facta fuerit mentio, nullam aliam eius rationem crediderim, nisi quia iam obierat, et Virgo in custodia filii transierat.

Aliae ex his plane efficitur, quod cum Christus Dominus usque ad tempus praedicationis eguisset ministerio, et labore Iosephi, ut ei vitae necessaria suppeditaret, falsam esse eorum opinionem, in qua ante aetatis Christi 12. putarunt illum obiisse. Efficitur etiam, nullam praesefere veritatem aliorum sententiam, opinantium, illum mortuum fuisse tempore praedicationis Christi, et Apostolos eius interitus mortis: hoc enim, licet possibile fuerit, nulla tamen apparenti congruentia probant, ut ita contigisse; ac tandem, quae alii proferunt, opinantes, Iosephum vixisse tempore mortis Christi, nihil plane videtur a ratione aliena; et quidem, quod Glossa illa dixit a nobis supra citata, nimirum Iosephum, cum passionis tempore viveret, divortio separatam a Virgine, mihi omnino execrabile videtur propter egregias rationes, quae Iolanus his verbis coegessit (4. par. c. 1): *Non enim rationabile est, imo impium videtur dicere, quod Ioseph libellum repudi dederit b. Virgini, ut lex Moysi iubebat, cum nulla subesset causa, nisi Ioseph mentiri voluisset, quod non facit iustus: praesertim quod coniugium illud omni claruit perfectione, ut supra probatum fuit, sed ad perpetuum spectat matrimonium perpetua cohabitatio, duntaxatque separationem non fert. Consonat ergo rationi mirum in modum, Iosephum viventem a b. Virgine nunquam fuisse separatam: charitas etenim nunquam excedit, ac eius nexus: ut inter beatam Virginem, et s. Iosephum fuit*

amor secundam perfectam charitatem: ergo amor ille nunquam fuit dissolutus, et per consequens nec coniugium, praesertim nulla auctoritate, nullave necessitate intereicientibus, et adhuc, quia exercitium operum divinae pietatis est conformis legi communi, divergenti illa opera: sed haec est lex prima matrimonii a divina pietate instituta, inseparabilis in vita utriusque coniugis, (*Genes. 2.*): *Propter hoc relinquet homo patrem suum, et matrem suam, et adhaerebit uxori suae. Hoc igitur matrimonium nunquam fuit separatum. Hinc ait Petrus Patud. (in 4. dist. 30. qu. 2. art. 2): Bonum sacramenti est inseparabilitas: ipsi autem non fuerunt separati usque ad mortem: convincitur ergo: Ioseph mortuus, quando fuit alteri commendatus; haecenus ille.*

Et quidem si b. Ioseph tempore Dominicae passionis adhuc viveret, nec esset absens a Dominica cruce; neque oportuisset sacram Virginem commendari alieno custodi, praetermissio legitimo marito, neque erat, cur eo honore, ac dignitate tam acceptus Deo patriarcha privaretur, et in alium transferretur, nisi gratis linguam illum seneculum, ac decrepitem, nullique ministerio, atque custodiae amplius aptum, sed potius ipsum ulterius custodia, opeque indigere: quod nulla apparenti ratione unquam probare poterant.

Ex eadem quoque radice non caret maxima difficultate, quod Gratianus supra relatus (in *d. cap. si enim 27. q. 2.*) reulit ex d. Chrysostomo (hom. 5. sup. *c. 1. Matth.*), cui respondet Iolanus (loco citato) in haec verba: *Dicitur primo, quod ille textus ubicunque sit, est intelligendus de separatione quantum ad mortem: dico secundo me diligenter quaesisse textum adductum in hom. 5. Chrysostomi, et nihil, nec quidem simile comperisse, immo potius adversum, et contrarium: sic enim habetur in hom. de s. Ioseph: Ille quidem tunc modestus erat, et honestus, tanquam a vitiosa passione liber, ut neque suspitione cogente, relinquit Virginis ire supplicium: ille enim supra legem philosophatur: dimittere enim et occulte omittit, sine dubio erat philosophantis supra legem: quomodo contra legem aliquid probat locus ille (*Matth. 13.*): Nonne omnino apud nos sunt? quia, ut Christus Dominus tunc diceretur fabri filius, necessario non erat Iosephum tunc temporis fuisse superstitem, cum in communi usa loquendo filius fabri dicitur, cuius pater familia vita functus, fabri minus exercebat: sic ergo contigit Christo Domino; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

Neque aliquid probat locus ille (*Matth. 13.*): Nonne omnino apud nos sunt? quia, ut Christus Dominus tunc diceretur fabri filius, necessario non erat Iosephum tunc temporis fuisse superstitem, cum in communi usa loquendo filius fabri dicitur, cuius pater familia vita functus, fabri minus exercebat: sic ergo contigit Christo Domino; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Sicut semper coram exercatus sum opinionem, qui putarunt eos, qui cum Christo Do-

mino resurrexerunt, quorum meminit d. Matthaeus (cap. 27) dicens: *Multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, iterum in mortis fauces incidisse; ita semper illorum libenter amplectus sum sententiam, qui ad vitam immortalē eos resurrexisse constanter affirmant.* Hi sunt angelicus doctor s. Thomas (sup. cap. 27. *Matth.* et in 4. *dist.* 43. q. 1. art. 3), Origenes (sup. *epist. ad Rom.* cap. 1), Remigius (in cap. 27. *Matth.*), cardinalis Caietanus (in 3. p. q. 53. art. 3), Iansenius (cap. 143. *suae concord.*), ac multi theologi (in 4. *dist.* 43. q. 1. art. 3. et in 3. *dist.* 22), ac tandem communiter recentiores: quorum omnium Doctorem assertum multifariam fulcire possumus. Primo, quia qui cum Christo resurrexerunt, suscitati sunt a Deo ad manifestationem, et comprobationem resurrectionis Christi Domini. Igitur cum Christi resurrectio fuerit ad immortalē vitam, iuxta illud Pauli (ad Rom. 6): *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors ultra illi non dominabitur*; consequens est, illos resurrexisse, iterum non mortuos: nam si iterum morerentur, similem iudicium omnes de Christo ferrent, indicantes iterum illum moriturum, sicut et illi, qui cum illo resurrexerunt. Unde egregie d. Thomas (in 4. *dist.* 48. q. 1. art. 3. qu. 1. ad 3) dixit: *Quia ad hoc, ut verum testimonium de vera resurrectione Christi proferret, congruum fuit, quod vere resurgerent, semper in corpore victuri, in caelum cum Christo ascendentes corporaliter.* Nec eorum resurrectionem propter ipsos accelerata est, sed propter resurrectionem Christi testificandam, quod quidem testimonium erat ad fundandam fidem novi Testamenti: unde decentius factum est per Patres veteris Testamenti, quam per eos qui iam novo Testamento fundato, decesserunt. Secundo, quia anima gloriosa secundum legem ordinariam non unitor nisi corpori immortali, ac glorioso: unde quod anima Christi Domini, cum esset beata, uniretur corpori mortali, fuit singulare miraculum: igitur cum animae illorum Sanctorum, qui cum Christo resurrexerunt, essent iam beatae, prudenter censentur non unitas, nisi corporibus immortalibus: etiam si necesse est concedere speciale miraculum, et exceptionem ab aliqua generali regula, rationabilis est credere, faciam tribuendo gloriam illis corporibus ante resurrectionem generalem, quam uniendo animabus beatis corpora corruptibilia, et mortalia, statui beatorum minime consolabam, imo violenta. Tertio, quia si illi, qui cum Christo resurrexerunt, iterum mortem subierunt, peioris profecto conditionis existissent, quam si nunquam fuissent exsuscitati, cum a sinu Abrahae, ubi in loco quietis erant, ad turbulentam vitam revocarentur, ut in ea humani miseris obnoxii, iterum morituri manerent. Ac tandem, quia, ut adnotavit Iabolenus Iurisconsultus de Principum beneficis agens (in l. 3. ff. de const. Princ.): *Beneficium Imperatoris, quod a divina scilicet eius indulgentia proficitur, quam plenissime interpretari debemus: igitur cum beneficium illius resurrectionis fuerit collatum illis a Christo Rege regum, et Domino dominantium, interpretandum est perpetuum fuisse,*

ac permanens. Inter hos igitur, qui cum Christo Domino resurrexerunt ad immortalē vitam, arbitramur cum gravissimis doctoribus fuisse sanctissimum Iosephum. Hi sunt Vignorius Granatensis (de myster. Incarn. ft. Dei §. de annunc. Dom. cap. 20), Fonseca (in vit. Chr. cap. 9), Suarez (tom. 2. in 3. p. q. 29. art. 2. disput. 8. sect. 2), Bernardinus Busiensis (in Mar. 4. p. serm. 12), Gratianus (lib. de s. Ios. tit. 5), Andreas de Solo (lib. 3. sanct. Ios. cap. 33), ubi refert id praedicasse Paduae s. Bernardinum, atque id eo praedicante, super illam apparuisse fulgentissimam auream crucem. Equidem quod id praedicaverit, minime ambigo, cum ipse (tom. 3. de s. Ios. art. 3. cap. 2) haec verba habeat: *Pie quidem credendum est, quod piissimus filius Iesus pari privilegio decoravit suum putativam patrem, sicut sanctissimam matrem, ut sicut illam assumpsit in coelum in corpore et anima gloriosam, sic etiam in die Resurrectionis suae sanctissimum Iosephum suscitaverit; scriptum est enim (27. *Matth.*): *Multa corpora Sanctorum resurrexerunt, et inter quos suscitatos pie credendum est, quod fuerit sanctissimus iste vir Ioseph.**

Quam autem insigni gloria d. Ioseph in caelesti patria fruatur, non solum meam, sed gravissimorum Doctorem sententiam proferam, qui affirmare audent, in caelesti aula prope Christum Dominum, post Virginem Deiparam, in sublimi gloria throno collocatum esse, et reliquos omnes essentiali beatitudine antecellere: etenim doctissimus Gerson (ser. de Nativ. Mar. consid. 4. art. med.) in hunc modum loquitur: *Cupere mihi verba supplerent ad explicandam tam altam, et absconditam a saeculis mysterium, tam admirandam, venerandamque Trinitatem Iesu, Iosephi, et Mariae, velle mihi quidem adhaeret, sed posse non inveno, ac in ipso conatu deficio: unde cum gratia similitudinis, et gloria naturam non tollat, sed exollat, et perficiat, recogitemus pia devotione, quod si vinculo quodam naturali obligatio consurgit filii ad patrem, et matris ad sponsum suum, et utriusque, scilicet filii, et matris, ad fidelissimum, vigilantissimum, et sedulam custodem, et nutrium Ioseph, qui fuit caput Mariae, habens inde auctoritatem aliquam, principatum, dominationem, vel imperium in Mariam: sicut et Maria suo modo in filium suum Iesum, iure naturalis maternitatis, quantis aestimandus est iustus ipse Ioseph, nunc in gloria, et in caelis, qui talis, et tantae inventus est hic in miseriam, et hic in terris? Profecto si non mentiebatur Iesus, qui ait: *Ubi ego sum, ille et minister meus erit, ille proximior videtur collocandus in caelis, qui in ministerio fuit vicinior, obsequentior, atque fidelior post Mariam inventus in terris?* haec ille. Deinde Isidorus Isolanus (4. part. cap. 2) haec in idem argumentum scripsit: *Ioseph Virginis sponsus, velut alter Ioseph, gemina donatus stola, scilicet beatitudine animae, et corporis, Christum Regem regum ad coelos ascendentem, associavit, et primus post Christum Regem regum sedit. Considera, obsecro, dignum veneratione parentem, quantis honoribus, ac beneficiis inclitus filius prosequatur, cogente natura, suadente ratione, ac moribus praedicantibus,**

tibus, quid ergo de Christo, Deo vero, ex quo omnis bonitas in coelo, et in terra nominatur, dicendum erit? Accedit Bernardinus Busiensis (4. part. sui Mar. ser. 12), dum ait: *Ex quibus patet, quod nullus Sanctus in coelo est maior s. Ioseph post beatam Virginem benedictam.* Ac tandem Suarez (3. p. q. 29. art. 1. et 2. disp. 8. sect. 2) ait: *Non existimo esse temerarium, neque improbabile, sed pium potius, et verisimile, si quis fortasse opinetur, Sanctum hunc reliquos omnes in gratia ac beatitudine antecellere, quia ex Scriptura nihil est quod repugnet, neque in Patribus aliquid reperio; haec ille. Quae omnia ea ratione sufficienter stabiliri arbitror, quod sicut humanitas Christi Domini eo abundantior gratiam, et gloriam obtinuit, quo propinquior fuit Verbo divino, et deinde beata Virgo, quae proxima fuit filio; ita prudenter, et pie existimamus sanctum Iosephum, quasi tertium locum in abundantia gratiae, et gloriae obtinuisse, quia post Virginem propinquissime attingit Christum, familiariusque tractavit, atque singularissimam coniunctionem cum ipso per multos annos habuit.*

His omnibus addit Isidorus Isolanus (4. part. cap. 4) d. Iosephum triplicem aureolam obtinuisse, ad similitudinem suae sponsae: verba eius, licet non pauca, hic apponam: *De aureola virginitalis Ioseph catholici doctores minime nunc haesitant, tum quia virginem mente, corpore, voto, et statu mortuum Ioseph credunt; tum quia primus sequutus est Virginem reginam; tum quia sponsus, et sponsa communibus ornantibus circumdant consueverunt. De aureola autem Praedicatorum sic argumentatur. Plus est Christum praedicare factu, quam verbo; sed Ioseph Christum factis summo prope praedicavit, quibus quidem occasione ad adorandum Deum, verum hominem factum; stidem veri Praedicatoris deorsum illuminantur, suo tempore loquuntur, et ad Deum verum agnosendum quosque convertere conantur; sed Ioseph ab angelis fuit illuminatus, quibuscumque conversabatur, suo tempore de Deo est alloquutus: verba nempe praedicatoris sumus sunt divini ignis in corde ardentis, atque in Christi cognitionem mortales ad vitam aeternam deducere satagentis. Substantiam hic parumper, et Ioseph multos per annos habitantem in Aegypto meditemur: an non credimus Ioseph innumeris vidibus fuisse exhortatum eos, cum quibus conversabatur, Aegyptios, ut Deum verum colerent? si quando contingeret eos audire, Messiam promissum in lege Iudaicorum, advenisse, et crederent persuasisse? aiebat vero: *Deus erit verus, et verus homo, et ipse renouaturus est mundum, vestra destruet idola, inno-**

cabit sacrificia, renovabit leges, mores, vitam, regna, et imperium haec tempestate: qui sanctae legis profundiora vero intellectu cognoscant, Messiae assercant tempora adesse: quod profecto opud me dubium non est. Vos horro, O fratres Aegyptii, laetemini, quia pariter vos reatmet a potestate tenebrarum: vos quidem ex hominibus illi credentes gratis similes angelis, imo homines in se credentes, Messias tandem donabit aeterno regno coelorum. Verum cum Nazareth Galilaeae habitaret civis, et cognitus, ampliora quotidie praedicabat. O quoties benevolos, et vere amicos hortabatur, ut quam attentissime faciem, verba, mores Iesu filii sui animadvertenter? arbitrabatur enim quod caro illa dicuntur odorem ceteris emitteret, sicut sibi. Persuadeo demum mihi ipsi, sicut praesentia corporis Christi in Ecclesia, ac sacramentorum virtute plurimi salvi sunt; sic et in Nazareth civitate, illis temporibus multi sunt ad fidem conversi conversatione Christi, beatissimae Virginis moribus, meritis quoque ac verbis Ioseph; haec tenus Isidorus. De martyrii autem aureola haec pie, ut aesolet, idem Isidorus Isolanus scripsit: *Ioseph excellens victoria fuit tyrannorum persequentium Christum, ac gladio materiali satagentium illum occidere: quia victoria expressit liquet pro Deo voluntariam mortem non expavisse, propterea de palma martyrii bene meritus dici potest. Adhuc ratione animae, actu concevit palma martyrii, sed Ioseph actu offerens eam, dedit pro Deo, quamquam non potuerit tyrannus eam eripere: Ioseph igitur palma martyrii bene meritus. Quibus visum addo, quod sicut d. Hieronymus (serm. de Assumpt. Deipar.) dixit: *Beata Dei Genitrix, et martyr, et virgo fuit, quamvis in pace vitam finierit: cuius non aliam rationem reddidit, nisi quia Simeon propheticus ad eam dixit: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius?* ita similiter cum post beatam Virginem fuerit amor Iosephi erga Christum ardentissimus, non potuerunt illa verba non acerrime transverberare cor d. Iosephi. Unde quod de antiquiori Ioseph patriarcha regius Vates cecinit (Psalm. 104): *Ferrum pertransivit animam eius; ubi Glossa Interlinearis, et Lyranus id explicantes, aiunt: Ferrum, id est, tribulatio divinae necessitatis, animam eius pertransiit, ut de Maria dicitur: et tuam ipsius animam pertransibit gladius; praestantius id in nostrum Iosephum convenit, cuius penetralia cordis, Simeonis audio vaticinio, doloris aeneis gladius confodit. Sicut ergo ob illam rationem beata Virgo martyr vocitatur, propter eandem certe proportionaliter sanctissimus Ioseph Christi martyr merito censi debet; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.***